XIX. AVRELIVS DASSIANVS EVOV. AVG. NOS BENEMERENTI FECIT.

Ibidem.

D.

M.

CATTIO SVBVRANO VIXIT. A. IIII. M. V.
CATTIVS EVTACTV ET
ATTIA MELITIAM PARENTES FILIO DVLCISSIMO
FEC.

In sancto Laurentio Panisperna.

D.

M.

PHOEBI. F. PHOEBVS. P. ET ANGE MATER.

Ibidem.

D. M.

LEPIDIAE SATVRAS FIL. Q. V.A. XVI. ET LEPIDIO FATALI FIL.
Q. V.A. XXVIII. IULIA CALLA MATER FECIT SIBI SUB. L.S.P.E.

Ibidem.

D. M.

L. VERATIO RESTITVTO PATER
FILIO PIO FECIT;

Ibidem.

D. M.

GAVIAE LAIDI. V. A. XXIII. M. I. D. XXI;
GAVIVS HELIVS PATER FILIAE FECIT.

Ibidem in aqueductu plumbeo.

IMP. CAES. TRAI. HADRIANI AVG. SVB. CVR. TREBELLII MARI
NI. PROC. MARTIALIS SER. FECIT.

In quadam eccl.ia quæ est in mensa monacorum;

Q. SVLPITIO ONESIMO FECERVNT AQ. VILIAE ET YLPIA. M.
CORNELIVS FORTIS DE SE BENEMERENTI.

¶ Ibidem.

CILINIA CAMPETIA. H. F. IN QVA FVIT
IMMITABILIS CASTITAS PROBISSIMA VE/
RECUNDIA IN COMPARABILIS INNOCEN/
TIA PERPETVA QVIESCIT IN PACE.

Q .	V I X .	A N N
	. X V I I I .	
M E N S E S		X I :
D I E S .		X X I .

VARIUS VICTOR CONIVCI ORN. ET SIBI V.P.
HIC COLL. FABR. M. RHS. XXX. H. V. DEDIT EX
QVORVM REDITV QVOD ANNIS DECVRIO
NIBVS COLL. FABR. M. R. IN AEDA NEP.
QVEM IPSE EXTRVXIT DIE NEPTVNALIO/
RVM PRESENTIBVS SPERE ✕ BINI DIVIDE
RETVR ET DIE. XXVIII. SVE CENTENI Q. VIN
Q. VACENI Q. VOT ANNIS DARENTVR VT
EX EA SVMMA SIC. V. SOLITI SVNT ARIAM
PVBLICORVM FLAVIAM ET ITALICI FILIO
RVM ARCAM IN QVA POSITA EST FLAVIA
SALVTARIS VXOR. EIVS ROSSIS EXORNET
DE. ✕ XXV. Q. VAE EX. XII. SED DE RELI
QVO IBI EPVLENTVR OB QVAM LIBERALI
TATEM COLL. FABR. M. R. INTER BENEME
RITOS Q. VOT ANNIS ROSAS PVBLITIIS
SVP. ET FLAMAE SALVTARI VXORI EIVS MI
TENDAS EX ✕ XI. XX.V. SACRIFICIVM FA
CIVNDVM DE. XX. HS PER MAGISTROS DE
CREVERIT.

FELICIS AESCINO. L. THVN. L. M. HELVIO
FELICI. L. ANTIGONAE. L. CRATERONI. L.
DOXE. L.

H

DE VIMINALI

¶ Ibidem.

PERPENIAE HELPIDI CONIVGI OPTIMAE PISSIMAE SEX, AEMILIUS
MVRINVS PROMISSV ATHICTI AMICIL. CLOCLIAS.F.

¶ Ibidem:

• D. • M.

TROPHINO VLPIA SANILLA CONIVNX BENEMERENTI FECIT ET
SIBI ET LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM.

¶ Ibidem:

DIS MANIBVS
P.CORFIDIVS.P.L.DONIS DAT LOCVM LIBERTIS ET LIBERT. ET PRI
MO ET PRIMAE TROPHINO VLPIA SANILLA CONIVX BENEME
RENTI FECIT SIBI ET LIBERTIS LIBERTABVSQ VE POSTERISQ VE
EORVM. o. P.CORFIDIVS.P.L.DEMETRIVS. o. CORFIDIA.P.L.Q VAR
TA CONIVX OPTI.P.CORFIDIVS.P.L.MYSTES.

¶ Ibidem.

DECIMION VM FAVENTI ET FOR TVNATICABATO RE DE VIA SACRA
FECER VNT SIBI ET LIBERTIS LIBERTABVSQ VE POSTERIS EORVM

¶ Ibidem.

D. M.
CORNELIO MAVRO CLODIA SABINA CONIVGIB.M.FECIT ET SIBI.

¶ In eodem Viminali colle:

ARAM IOVI FVLGERATORI EX PRECEPTO DEORVM MONTEM
SV. VAL, CRESCENTIVM PATER DEORVM OMNIVM ET AVR. EX V
PERANTIVS SACERDOS SILVANICVM FRATRIB. DEDICAVER VNT.

CDE QVIRINALI MONTE

¶ In sancto Cyriaco iuxta Thermae Deocltiani:

ARCVMENNÆ PIETATI VIXIT AN. XXXVII. V. L. ARCVMENNA
TROPHINIVS. ITEM CONIVGIB. M. FECIT.

¶ Ibidem in uinea quadam prope sanctam Susannam:

SOLI IN VICTO SACR. VM CORNELIUS MAX. COS. X. ER.
EX VOT. O.

CIn colle Q uirinale ubi dicitur mons Caballus.

L,FLAVIAE SEPTIMIO APRO OCTAVIANO .C.V.TRIB.PLEB.SOD,
HADRIA.Q.PROVINC.CYPRI SEVIR.TVRM.LI.EQ.VIT.RO.
XVIRO.STLITIB.IVDICAND.FL.NERATIA SEPTIM.OCTAVIAL
C.Q.PATRI.

CIbidem in Domo Archiepiscopi Neapolitani.

.D. ♀ M.

SALFEIA ATHENAIDI Q VAE VIX. ANNIS. XV. MENS. VIII. DIE.
XXVIII.FECIT ARRIVS CRESSES CON Q VA VIX.ANN.VNO MEN
SES. VIII.

CIbidem prope portam.

P. VALERIUS BASSVS PRAEFECTVS FABR VM ET CAECILIA PROCNE
DIANAEE ♀ VALERIANAE.

.D. ♀ D.

CIbidem in domo Pomponii Lati uiri doctissimi.

.D. M.

CORNELIAE THYMELE FILIAS
DVLCISSIMAE
CALPVNIVS DICEVS ET SECVR A PA
RENTES INFELICISSIMI FECERVNT.

VIXIT ANNIS. VII. MENS. II. D. XVIII.

.H. VIII. B. B.

CIbidem.

D. M.

HERMES EVHODIAE CONIVGI SVAE BENEMERENTI Q VAE VIX.
ANN. XXV. MENS. VI. DIEBVS. VIII

H ii

DE Q. VIRINALI

¶ Ibidem Prope.
LIBANO MEVIA ALPHA CONIVGI CARIS POSVIT.

¶ Apud eundem Pomponium

OSTORIVSE VHODVS CAPRILIA CASSIA FECER VNT
FILIAE BENEMERENTI Q VAE VIXIT ANNOS
, X V , D , X V ,

¶ Ibidem.

P. AEL. PHILOCOLVS AELIE ONESIME CONIVCI FECIT ET SIBI LIBERIS LIBERTABVSQ VE POSTERIQ VE EORVM.

¶ Ibidem.

M— KALATOR FLAMINVM AC DATA EST .SA. DEDICAVIT .A.
CORNELIO PALMATO.

¶ Ibidem:

L. VOLVSIVS. D. L. ANTIOCHVS . Q. SALLVSTIVS, Q. SALIVS.

¶ Ibidem:

D. NITORIS DOMITIAE AVG. ACTORI A FRVMENTO
VIX. ANN . XXXV .
FECIT LAMPYRIS DOMITIAE AVR . LIB . B . M.

¶ Ibidem:

D. CLAUDIAE FORTVNATAE TI. CLAVDIVS ERASTVS LIBERTAS OPTIMAE ET SIBI . M.

¶ Ibidem.

D. FORTVNATVS ET FORTVNATA FECERVNT . M;
CORNELIO EIRIO . B . F.

¶ Ibidem.

D CORNELIVS . Q. ARNAE CRESCENTINAE
CONIVGI . B . M . F . M

¶ Ibidem

Q. SALLVSTIVS. Q. L. NICE
PHOR. SALLVSTIA. Q. L. FAVI
STA. Q. SALLVSTIO ALEXANDRO
Q. SALLVSTIO CASTO VIX.
AN. XVI.

¶ Ibidem

Q. SALLVSTIVS FLACCVS. SALLVSTIA

Q. L. LAMYRA.

¶ Ibidem.

Q. SALVSTIVS. SALLVSTIA. Q. L. EUGENEIA
Q. HILARVS. V. SALELVSTIA Q. SALVSTIVS
Q. L. PRIMA. E. E. Q. L. ETYCHYS.

¶ Ibidem.

D. M.

CLAUDIAE VICTORIAE ET TI. CL. AVG. L. EVHELPISTO TI. CL.
AVG. LIB. PATRONVS PARENTIBVS PISSIMIS FECIT.

¶ Ibidem.

L. MILLELIUS. L. F. VALENS. EVOCATVS.

¶ Ibidem.

D. M.

PROCURATOR ERAM LAPIDAE: MORESQ. REGEBAM
DVM VIXIT MANSIT CAESARISILLA NVRVS.
ATTEIVS PHILOGOV.

¶ Ibidem.

D.	M.	D.	M.
CLAVDIAE FORTVNATAE		FABIA Q. VARTILLA	
FECIT.		C. FABI FELICIS FILIA	
TI. CLAUDIO ERASTVS		V. A. X. I.	
LIBERTAE OPTIMAE		MES. V.	
ET SIBI.		FEC. BEN. MER.	

¶ Ibidem.

D. M.
FORTVNATO CAESARIS. N. VERNAE. V. A. I. D. XXIII. NICE
MATER FEC.

DE QVIRINALI

Ibidem:

D.

M.

TUTIAE CHIONES.Q. TITIVS ZOSIMVS PATRONVS LIBERTAS
BENEMERENTI FECIT ET SIBI.

Ibidem.

P.SERGIO.P.L.SPERATO CONIVGI OPTIMAE FEC.
CLODIA LOCHIAS.Q.V.A.LXI.

Ibidem

D.

M.

FORTVNATVS ET FORTVNATA FECERVNT
CORNELIO ETICO BENEMERENTI.

Ibidem:

D.

M.

S.

L.ANNIO SEVERO MIL.CLASSIS PR.MISENESIS EX CAPRICOR.
NO TRIERIS FECIT CORINTHIAS LIB.PATRONO BENEME.
RENTI.

Ibidem:

SECUNDÒ FILIO PARENTES BENEMERENTI
FECERVNT VIXIT.AN.I.D.XLVII.

Ibidem.

DIS MANIBVS SACR.

AEGNATIAE THALLVSSAE ET .M.CARVILLI IVCVNDI.M.CAR.
VILVS IVCVNDINVS FIL.PARENTIBVS SVIS ET SIBI FECIT.
POSTERISQ TE SVORVM.

Ibidem:

D. M.

L:PONTIVS ACHILAS PONTIAE COE.
TAE.B:M.F.C.POPEVS APTOR SORORL

Ibide*m*

DEO SANCTO APOLINI IACIFERO EX VOTO LIBES SOLVIT
MILES CORTIS.X.PRAETORIAE
CENTVRIA DA:SI.AELIVS.C.
LIBES VOTVM REDDIDIT.

Ibide*m*
:D. .M.

SER CALPVRNIVS CLEOMBROTVS SECUNDO SORORIS FILIO
.B.M.FEC.V.A.III.M.X.D.XXIII.

Ibide*m*
C.IVLIANVS CATOVVS.ANT.PP.N:AL.DIANIVM
.D. .D.

Ibide*m*
PRO SALVTE.D.D.N N.AVGG.HERCVLEM DEFENSOREM GENIO
CENTYRIAE EX VOTO POSVIT.
L.DOMITIVS VALERIANVS DOMO KAPITOLIA DE STIP. XVIII.
MIL.COH.X.PR.P.V FL.CARALITANI LECTVS IN PRAETORIO
.D.D.N.N.EX LEGVI.
FERRE .C.

MISSVS HONESTA MISSIONE.VII.IDVS IANVAR.D.D.N.N.
IMP.ANTONINO PIO AVG.III.ET CETA NOBILISSINO CAES.
.I I. C O S.

Ibide*m*

Q.SALVSTI.Q.L.SALVI.SALVSTIA.Q.L.MYRRINE SABINENSES

DE Q VIRINALI

¶ Ibidem.

SALLVSTIA THYMELE. SALLVSTIA COLCHIS.

¶ Ibidem.

D I S M A N I B V S.
SEX, POMPONIVS ELAINVS POMPONIAE DONATAE CONIVGI CARISSIMAE FECIT ET SIBI. P.Q.EORVM,

¶ Ibidem

L. VOLVSIVS. D. L. ANTIOCHVS. Q. SALLVSTIVS
. Q. L. SALVIUS.

¶ Ibidem.

T. FLAVI SYMPHORI. T. FLAVIVS SPENDO PATRI. B.M. FECIT
VIX. AN. LXV.

¶ Ibidem.

Q. SALVSTIVS. Q. F. Q. VIR.
NATALIS
Q. SALVSTIVS. Q. L.
ATHENIO.

SALLVSTIAE
Q. L. EROTICENI FECIT
SALVSTIVS
PHILOMVSVS CONIVGI ET SIBI

¶ Ibidem.

CORYMBIO ANNVM AGENS TERTIVM
DECES SIT.

¶ Ibidem.

DIS

M A N I B V S.

M. Q VINTIVS FELIX. M. Q VINTIO PYRALLO FILIO PISSIMO
VIXIT ANN. III. MESIBVS SEX. DIES, XVIII.

¶ Ibidem

CHARIS EPICHARIVS SORORES DVAB. F. Q. SALVSTI HILARI.
CHARIS. V. A. IX. EPICHARIS. V. A. I. M. VI.

¶ Ibidem

D.
Q. PHOLIO SEVERO ALVMNO Q VI VIX. A. V. MESES, X. DIES
XXXIII. Q. PHOLIO PROCVLVS.

Ibide.

.D. .M. .S.

ACTE PROBVS CONIVGI KARISSIMAE ET METHE SORORI DVL-
CISSIMAE. B. M. FECERVNT.

Ibide.

.D. M.

CORNELIVS Q VINTVS ARRIAEC CRE-
SCENTINAE CONIVGI BENEMERENTI
†FECIT *

Ibide fragmentum

IC SEV

FANAT EX VICO BELLONE COIVGI SVAE , B , M ,
ARTE MVSICA ET SIBI,

Ibide.

C, ANNIVS TYRANNVS MAG, ET , L, DVNIUS APPELLA PRIMI
FORE HORR, P, P,

Ibide

L, DVNIUS APPELLA, C, ANNIVS TYRANNVS MAG, PRIM, FORT.
HORR, D D,

Ibide.

CASPONIA . P. F. MAXIMA SACERDOS CERERI
PVBLICIA POPVLI ROMANI SICVLA :

Ibide.

LAVTINIAE FRVGIFERAЕ. Q. V, ANN. XXX. AVR. TVCIVS MIL.
COH. XII. VRB. ET AVR. MERVLLINA FILIA CONIVGI BENEME-
RENTI FECERVNT.

Ibide.

Q. SATLVSTIVS . Q. L: ATHENIO:

DE Q. VIRINALI

¶ Ibidem.

D. M.
NUMISIA NICE FECIT SIBI ET .S.L.L.P.Q.E.

¶ Ibidem:

L.VIBIVS.L.L.TEMO MARCELLVS BONO IN COH .
.IX.PR.A.XI.VIXIT AVIS.XXXV.

¶ Ibidem.

ATHENIO SALLVSTVS PHILOMVSVS CONIVGI
ET SIBI.

¶ Ibidem.

L.NONIVS.I.L.EVTYCHVS NONIA.L.L.SECVNDA CONIVX.V.
.A.XX.DVLCISSIMA SVIS NONIA.L.L.ADVCTA MATER SECVN
DAE.

¶ Ibidem:

C.SVFIVS.C.L;CASTOR LEPIDE.

¶ Ibidem:

MEMORIAE.Q.BIAESTESQ VILINI FECIT .Q.BIESIVS ZOTICVS
PATER.

¶ Ibidem

D I S M A N I B .

NONIA .D. L.HILATA OPTATA SOROR .L. NO
NIVS .D.L.HILARVS

¶ Ibidem:

D.

M.

EVPHENO FIL.

C.IVLIVS HELIADORVS PATER FECIT
ET SIBI ET SVIS POSTERISQ VE EORVM

¶ Ibidem.

D.

M.

M.VLPIVS AVG LIB DOCIMVS FECIT ET .S.L.L.P.Q.E.

MONTE XLVI

DIS **Ibidem** MANIBVS.

CAESELLIAE BEROMICENIVIX.AN.XX.ET CAESELLIAE CHRESTENTI
CONIVCI VIX.AN . L.L. CAESELLIVS HELIADES BENEMERENTI
BVS FECIT .

Ibidem.

VALE CONIVX: VALETE NATI: VALET TIBVR PATRIA
VLTIMA Q.LAELII MORIENTIS DECRETA HAEC SVNT
VT TIBVRTINAE DOMVS: SVBVRBANI FVNDI ET
PRAEDIA NOMENT. MOENIA TANGENT , TITA
MARCELLINA CONIVNX FIDA. PVBLIVS ET Q.VINT.
FILI DVLCISSI. COHEREDES SINT.

In sancto Silvestro:

ET APPARABANT ASCAM ET IMPONEBANT IN PVRPVREO NIDO
VT PERFERANTVR SI Q.VA SVNT AD INFEROS. DATE TERR.
FR VCTVM VT TERRA REDDERE POSSIT. AB ALTO SPERES AL
TERO Q.VOD FECERIS.

Ibidem:

DIS MANIBVS.

TI. CLAVDI AVG.L. ABASCANTI A RATIONIBVS. VIX. ANN. XLV.
CLAUDIA EPICHRIS VXOR CONIVCI BENEMERENTI. F.

Ibidem.

CARPIME GADITANÆ CHII AVG.L.PROCVR.

Ibidem.

COSMVS VIXIT ANNIS : XVIII : ANTIOCHVS ET
STAPHILVS FRATRI.

Ibidem:

APOLLINI GRANNOEI SANCTAE
SIRONAE SACRVM:

DE Q VIRINALI MONTE

¶ Ibidem.

PHILARGYRVS PRAEFECTVS FABRVM AVG . EX TEXTAMENTO.

¶ In eodem Q uirinali colle in tabula Marmorea post . S . Siluestru .

PERPETVAS SINE FINE DOMOS MORS INCOLIT ATRA
VIT ASVBIT COEVLVM CORPVS TELLVRE TENETVR
SIC RER VM NATVR AIVBET SIC TEMPORIS ORDO
SVSCPE NVNC CONIVX SIQ VIS POST FYNERA SENSVS
MLTORVM INVIDIAM TANDEM CARVISSE MEMENTO
HIC PROBINA IACIT CRACILIS CITO RAPTA MARITO
INVIDA SORS RER VM FATIS Q VID MERCIS ACER VAM
HEV MISERANDA NEMIS AVSPICILS IVNCTA SINISTRIS
Q VID PROBINA PROSVNT FECVNDA VISCERA TIBI
NIL TE DANNA NOCENT COMMVNIS FYNERA LETI .

HAEC FVIT IN LVCE ISTA ANNOS . XVII . M . X . DIES , XX .

AETERNOSQ . LEVIS POSSIDET VMBRA LARES
OMNIA SIC REPVNT IVRA LOCOSQ . SVOS
Q VAE MODO SYNT PEREVNT Q VAEQ . FVTVRA CADENT
DEBITA SACRATIS MANIBVS ELICIA
NEQ VIQ VAM PAVEAS TEMPLA Q VIETIS HABES
DIEBVS PAYCIS AD COMMODATA SVOS
NEC TE CONIVGII NOVVS ELECTIT AMOR
Q VO FATO TRADERIS HOC SEVIENTE PERIS
CONCEPIS ADFFECTVM LVCTVM TE IPSA PARIT
CVM TVVS IN NOSTRO PECTORE VIBAT AMOR
IN Q VIBVS CVM MARITO VIXIT DIES CENTVM
AEGROTAVIT DIES . XXXX . VERE Q VIEVIT IN PACE .

¶ Ibidem in propinquis hortis

D . M . N .
PVBLICIAS CALLI TYCHE MATRI BENEMERENTI . P . VALERIVS
HERA FECIT IN SVO .

¶ Ibidem in via proxima :

D . M .
IYNIA ATALANTEDA MALIDIERNAE FECIT .

¶ Ibidem .

D . M .
IYNIVS DIOCORVS EVI YXIAE BENAEMERENTI FECIT .

¶ Epitaphia quæ sunt in Templis tam uectustis q̄ nouis: & in publicis ac priuatis Rō. Civium & externorum Aedibus per singulas Regiones: ac primum quæ extant in Regione prima Montium. Quæ cœcupat primas partes Exquiliarum ac Quirinalis: & adiacentes vallēs ac planitiam ubi est Subura Forum Nervæ ac Traiani Imp.

¶ CAPVT. XIII. DE. I. REGIONE
MONTIVM.

¶ In marmore in uia Subura prope hortos Hieronymi de Picis:

DIS
MAGNIS:

MATRI DEVVM ET ATTIDI SE/
XTILIVS ACES LAVS AEDESIVS
.V.CCAVSARVM NONIC.NOBIL
LIS AERICANITRIBVN NIS ORA
TOR. ET. N. CONSISTORIO
PRINCIPVM ITEM MAGISTE
RII BELLOR. ET COGNITION.
SACRARVM MAGISTER.BPLSTV
LAR. MAGISTER MEMORIAE
VICARIVS PRAEFECTOR PER
HISPANIAS VICE .S. C. PA
TER PATRVM DEI SOLIS INV
ICTI MITHRAE HIEROFANTA
HAEGATAR DEI LIBERI AR
CHIBVCOLVS TAVROBOLIO
CRIOBOLIQ. IN AETER
NVM RENATVS ARAM SACRA
VIT .D. D. N. N. VALEN
TE .V. ET VALENTINIANO
IVN . AVGG . CONSS . LIB .
AVGVSTIS .

DE REGIONE

¶ In sancta Maria de Portugallo.

.D.

.M.

T. FLAVIO AVG. LIB. CERALI TABVL. REG. PICEL PHOENIX CAES.
N. SER. FILIO PIENTISS. ET. P. (IVNLVS FRONTINVS FRATRI
DVLCISSIM ET CELERINA SOROR.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS:

ATTIAE. T. F. Q. VINTILLAS ATTIVS PHLEGON. PATER ATTIA
Q. VINTA MATER. ATTIVS. T. F. PAL. Q. VINTIANVS FRATER
AGRVM SIVE HORTVM CVM AEDIFICIO MACERIA CLVSVM AC
POSTERIS SVIS ET LIBERTIS LIBERTA BVSQ. VE DOMVS SVAE
CONSECRAYERVNT.

¶ Ibidem informibus litteris marmor.

TIRRANIAE ANICIAE IVLIANAE. CF. CONIVCI Q. DODI HERMO
CINIANI OLIS RIVC. Q. CONSULARIS CAMPANIAE, PROCONSUL
LIS AFRICAE, PRAEFECTIS VRBIS Q. PRAEF. PRAET. ILLYRICI,
PRAEF. PRET. ORIENTIS. CONSULIS ORDINARII. FL. CLODIVS
RUFVS. VP. PATRONAB PERPETVAE.

¶ Ibidem.

GRANIA. D. L. DAPHNE.

¶ In sancto Andrea in Portugallo in quodam lapide quadrato
in fronte.

IN. H. D. D. T. ALBANIUS PRINCIPIANVS
EVOK. AVG. N.

¶ Ex uno latere.

SALVOS IRE

MONTIVM

XLVIII

¶ Ex alio latere.

SALVOS VENIRE

¶ Ibidem.

P. CINCIVS HYACINTHINVS. V. ANN. VI. SEPTIMVM AGENS
ABREPTVS EST FVVICLENA ERMISENIA MATER DE SVO.

¶ In sancto Pantaleonte.

D. .M.
C. SAVFENIO PRAENESTITO
C. SAVFENIVS EUTICHIS
DVLCISSIMO
FILIO FECIT.

¶ In sancto Quirico.

D. .M.
N. IVNIO EPICONO CHRESTVS LIB. PATRONO
• B. M. DE SE.

¶ Ibidem in horto.

D. .M.
METIAE VICTORINAE PATRONAE BENÆ MERENTI. L. METIVS
AVGVRIVS FECIT.

DE ERGIONE

¶ In Aedibus sancti Basili.

T. CLAUDIO . T. FLAC . VTER . VITALI EXQ VE VETER OR DINEM ACCIPIT IN LEG . V . POST SVCCSSIONEM PROMOTVS IN LEG . V . MAB . PHALDONIS . D . TORQ . VIB . AR . MILLI PHALER . CORONA NAVALI BELLO DATICO SVCCSSIONE PROMOT . EX LEG . J . ITAL . IN LEG . I . MINER . MERDONIS . D . TORQ . VIB . AR . MILLI PHALER . CORO . NAVALI BELLO DATICO SVCCES SION . PROMOT . EX LEG . PRIMA MINER . IN LEG . XX . VICT . ITEM PRONI IN LECE BADEM . ITEM SVCCSSIONE PROMOT VS EX LEG . XX . VICT . IN LEG . IX . III . SP . IN . L . VII . CL . PE . ITEM SVCCESSIT IN LEG . EADEM MILIT . > . IIII . PR . POST ANNIS . XI . VIXIT . ANNIS . XLI .

¶ Ibidem in fundamentis atrii

MANSIONES SALIORVM PALATINORVM A VETERIBVS OB ARMO RVM ANNALIVM CVSTODIAM CONSTITVTAS LONGA AETATE NEGLECTAS , PECVNIA SVA REPARAVERVNT PONTIFICES VESTAE , V . V . C . C . PRO MAGISTERIO PORTII ACILII LVCILLIVI TRASII PRETESTATI . V . V . C . C .

¶ Apud . S . Basiliu.

BETITIO PERPETVO ARZYGIO , V . C . CONSVLARI TVSCIAE ET VMBR . OB SINGVLARIA EIVS ERGA PROVINCIALES BENEFICIA ET OB MODERATIONEM PRO DOCUMENTO ETIAM POSTERIS RELINQ VENDAM AETERNAM STATVAE MONVMNTVM TV SCI ET VMBRI PATRONO PRAESTANTISSIMO COLLOCAR VNT .

¶ Iuxta sanctum Basiliu:

MEMORIAE IVLIAE PAVLINAE . P . AELIVS METRODORVS CONIVGI CARISSIMAE FECIT ET APHINIAE HERALDI SIBI SVISQ VE LIBERTATIS LIBERTABVSQ VE POSTERISQ VE EORVM .

¶ Ibidem .

• D .

M .

CEMISSVS CAESARIS . N . SER . ONESIMAE SORORI POSVIT .

CIbidem

C. IVLIVS. L.F. CAESAR STRABO AED, CVR. Q. TR. MIL. BIS.
XVIR. AGR. DAND. ADTR. IVD. PONTIF.

CApul: S : Basiliū in domo Laurentii Particappet:

DIS

MANIBVS.

STATIAE PROPOSIDI. P. STATIVS HERMA FECIT CONIVCI SVAB
STATIAE CALENI. P. STATIVS SECUNDVS.

CIbidem:

L: ANNIVS. L. L. L. EVTYCHIS.

C Ibidem:

T: FLAVIVS. FELICIANVS FIBIAE DVLCISSIMAE.

CIbidem.

P, TVSCILIVS ALEXANDER.

CIbidem.

VALERIA M: F: MYRINAE: V: A: XIIIX:

CIbidem

: D. . M.

CLAUDIO EPIGONO EVTHYCHIA ET LIBERTA PATRONO
BENEMERENTI FECIT.

M. IYL, LAUDANDI AMILITIIS Q VI VIX. AN. LXXX. M. X.
IYL. AVRELIANVS FILIVS.

CIbidem.

: D. . M.

M: HELVIO VITALI ARRVNILA SPERATA CONIVGI
: B: M. FECIT ET SIBI.

DE REGIONE

Ibidem:

. D .

. M .

. S .

COCEIVS FORTVNIVS SIBI ET GAIAE FELICISSIMAE CONVICAB
FILIVS LIBERTIS LIBERTABVSQ VE POSTERISQ VE EORVM.

Ibidem:

P. STATIVS TROPHIMVS
. V. AN. LV.
FELIX CONLIBERTO BE
NE MERITO
E E C I T .

P. STATIO, P. LABIONI PR.
DAG. DOMINI. V.A.XCVL
P. STATIVS.
P. ANTEROS.
P O S V I T .

Ibidem:

. D . . M .

Q. CAECILIO MARTIALI PATRI ET L. TENATIO HERMETI AVON
COLO ET . Q. CAECILIO PRIMIONI AVO ET CECILIAE EVPLIAE
Matri CECILIA MARCELLINA PAR, DIGNISSIMIS FECIT LIB. LI
BERTAB. POSTERISQ VE EORVM.

Ibidem:

M. PLVTITIVS. M. L. PAPIA PLVTIA
. M. F. SECVNDA. F. PLVTIVS
. M. F. STEPHANVS PATRON, AEMILIA
. M. L. NICÉ PLVTIA
. M. L. SECVNDA.

Ibidem:

C. CESTIO. C. L. Q. VIETO VIX. AN. I. MENS. XV. DIEBVS XXVI.
. H. V. PINDARVS CARISSIMO GRAVIA, C. L. SECVNDA.

Ibidem:

LVCIDAE AVGG. VERA MARITAE INCOMPARABIL. Q. VIX. AN.
. XXXIII. M. II. D. XXV.
CATERVANIUS AVGG. LIB. EX TABVLAR. DVLCISSIMAE CONIVGI
CVM Q VA SINE DISCORDIA VIXIT. AN.
. XV. M. X. D. XX.

MONTIVM

L

Ibidem.

D. M.
C. CESSIO JANVARIO
AEGRILIA FESTA CON
IVGI BENEMERENTI
FECIT.

D. M.
CYPARES . C. IVLIVS
PRIMITIVVS VERNAE
BENE MER.
FEC.

Ibidem

D. M.
M : KATINI SERENI . C. IVLIVS ZOILVS AMICO
OPTIMO : B. M : F .

Ibidem.

DIS MANIBVS:

MAPPEO MAXIMO VIXIT ANNIS. VI. MENS. III. DIE. XX. H. IIII.
VINICIA HELPIS VIXIT ANN. IIII. MENS. II DIES. III.
VINICIA PRIMIGENIA MATER FILIS SVIS.

Ibidem.

CURTIA IVSTA. V. AN. X. FVLVIUS ZOSIMO CONIVGI BENEME
RENTI ROSCIA RVEINA.

Ibidem.

HERENNIA . C. L. NICARISTES.

Ibidem:

D.

M.

C. IVLIO FELICI . C. IVLIVS ONESIMVS PATRONO SVO ET SEM
PRONIA ARSMOS ET SIBI ET SVIS LIB. LIBERTAS VSQ. POSTE
RISQ. EORVM.

DE REGIONE

(Ibidem)

D. M.
ALIAE TYBRES Q. VAE VIX . AN . XXII . MENS . XI . D . I . CELER .
AVG . LIB . CONIVCI . B . M . FECIT .

(In S. Maria Spolia Christi)



(In Domō Iacobi de Cagnonibus)

DIS MANIBVS.

COSSVTIAE ARESCVSAE F. CN. CONSVTIVS AGATHANGELVS
CONIVCI SVAE . B . M . V . A . XXXXV ,

(Ibidem)

CN. COSSVTIVS CLADVS CN. COSSVTIVS AGATHANGELVS FRA
TRI SVO ISDEM LIBERTO , B . M . F . V . A . XXXV .

(Ibidem in horto)

D. M. S.
SOSTRATO AVG . L . FECIT FLAVIA MELPOMENE . F . ET ATIMETVS
AVG . LIB . AMICO OPTIMO .

¶ Ibidem.

EX DOMO SCRIBONIAE CAESAR LIBERTOR . LIBERTAR . ET
QVI IN HOC MONVMNT . CONTVLERVNT
M . SERGIVS . M . L . AGATHANGELVS FECIT EX PARTE QVINTA
SIBI ET OCRESIAE . C . L . APATE . VXORI .

¶ Ibidem.

C . IVLIVS AGLATABVS .

¶ Ibidem .

L . MVNATIVS . L . C . L . QVINTIO FECIT
EX PARTE QVINTA SIBI ET CONIVGI MVNATIAE
. L . C . L . DIONYSIAE CONLIBERTAE SVAE ET MV
NATIAE LINICE .

¶ Ibidem .

L . IVLIVS SVNTROSVS . L . IVLIO SVNTROSO ALVM
NO Q VI . V . A . XII . M . IIII . D . III .

¶ In sancto Laurentziolo in alueo aquæ benedicte .

. D . . M .
FESTIVAS ALEXANDRI ET RESTITVTÆ ACTES . N . SER . VERNÆ
+ V . A . X . M . VII . D . XII . B . M . F .

¶ Ibidem in paumento .

. D . . M .

M . VLPIO PRIMIGENIO IVLIA AMAE
THYSTE CONIVGI . B . M . FEC .

¶ Ibidem .

CVRTYLIVS HERMEROS
FECIT SIBI ET
CVRTILIAE THETIDI CONIVCI SVAE CHARIS
SIMAE ET LIBERTIS LIBERTABVSQ VE POSTERISQ .
EORVM MAGISTER VICIAB . CYCLOPIS REGION .
PRI . FABER ARGENTARIUS .

DE REGIONE

¶ In monasterio S. Spiritus.

• D . . M .

AEMINIAE VENERIAE:

¶ In S: Nicolao Columnæ coelidis: in alueo aquæ bñdictæ,

.D. .M. .S.

L^e HOSTILIO ONESIMO HOSTILIA SEVERA PATRI PIISSIMO ET
HOSTILIUS PARTHENIO PATRONO.

¶ Ibidem:


• D . D . M .

ZALLO VIX .AN. VI. DORIPHORVS CONSERVVS
.B.M.F; ET; S. ET. S.P.Q.E;

¶ Ibidem.
DIS MANIBVS.

ALCIBIAIDI AVG.LIB. PRIVIGNO OPTIMO HESYEHVS AVG.LIB.

¶ Ibidem:



¶ Ibidem.

•D.

•M.

M. SVLPIII BASSI AMICI OPTVMI, L. NONIUS ASPRENAS. VII
VIR, EPVLONVVM.

¶ Ibidem

C. IVLIUS VALENS MONVMENTVM FECIT
SIBI ET SVIS.

¶ In foro Traiani.

GALERIUS ET GRATIANVS PII FELICES AC TRIVMPHATORES
SEMPER AVGG. PORTICVS ARTASQ. COLLVNIE ET AD ORNA
MENTVM VRBIS SVE ADDI DEDICARIQ. IVSSERVNT.

¶ In domo Felicis Cencii prope Macellum Coruorum:

•D.

•M:

L. AEL. MALCO TECTORI EQ. PRAETORIAN. COH. III. PR. Q. VI ET
VRB. ITEM ANTISTES SACERD. TEMP. MARTIS CASTROR.
P R

FECIT BENEMERENTI CONIVGI DVL. SVO ROSCIA SVCESSA
CVM Q VO VIXIT ANN. . XL. DECESSIT ANNOR. LXVI.

¶ Supra portā Carreris sancti Petri prope Arcū Septimii:

C: VIBIVS . C. F. R. EINVS . M. COCCE.
IVS. M. F. NERV

¶ In sancta Martina prope s. Hadrianū:

A. POMPEIO. A. F. CIV. Q. PATRONO MVNICIPI INTERANNE
NAHERTIO Q VOD EIVS OPERA VNIVERSVM MVNICIPIVM EX
SVMMIS PER ICVLIS ET DIFICVLATIBVS EXPEDIT VM ET CONSER
VATVM EX TEXTAMENTO L. LICINI. L. F. STATVA STATVTAEST.

DE REGIONE

¶ In ecclesia sancti Salvatoris supra turrem Militarum
DIS MANIB.

MEMORIAE CINERIBVS ANTONIAE APVLONIAE
. L. ET. L. FEC.

¶ Ibidem in horto eiusdem ecclesiae.
FORTVNAE SANCTAE ARTEMIDORVS VILICVS
. V . L . S .

¶ Ibidem prope:
GERITO INFANTI MELITAS AC DULCISSIMO
VIXIT AN. II. .D. .III. .H. .IX.
GEROTIO PATER CONTRA VOTVM.

Supra hominem armatum i Quirinali iuxta turrem Militarum
M. ANTONIVS EXOCHVS.

Ad pedes in latere dextro.

T H R

M. ANTONIVS EXOCHVS NAT. ALEXANDRINVS. ROM.
OB TRIVMP. DIVI TRAIANI DIE. II. TIR. CVM ARAKE CAE.
ST. MISS.
ROM. MVN. EIVSD DIE. VIII, FIMBRIAM LIB. VIII, MISS.
FE. ROM. MVN. EIVSD.

¶ Ibidem precepit marmore effosso & postea confrasto.
CRESCO PER CREPAS: GAVDEO PER
PLORAS IN VEDE MERORE.

¶ Pope monas. Magnanapolis

DIS MÁNIBVS:
 VARIA MYNINA SIBI ET .C:
 SILVIO VARIANO .VI VIR: FL:
 LIO PISS: Q.V.A. XXI. Q.VI
 Q VID ESSET MALEDICERE
 NESCIT. NON TAM Q VAM
 MATER HOC TESTIMONIVM
 REDDATVS SOLA. HOC TE:
 ST. MIHI CVM Q VANDOQ.
 REDDENT INFERI. H.P.FLA:
 VIO IVNIO ET MEIS MEO:
 RVMVE:

¶ In burgo sancte Agathe:

. D . Q . M .

M. VLPIO CEROLOPHO AVG. LIBERTO. F. PARTHE
 NOPE CONIVGI SVO CHARISSIMO FECIT.

¶ Ibidem.

VLPIAI SCITAI PTILVMENAI CONIVG
 : B : M : P :
 AELIVS MACER ANTE SIGNATOR
 TRIB LACRVMAS POS:

K

DE REGIONE

¶ In sancta Agatha.

• D.

• M.

L. FAONI FIRMI VIX. ANN. VIII. MEN. V. DIES. XXII. ET
L. SEPTICIO FIRMO VIX. AN. XLIII.
VETERANVS HONESTAMISIO COH. XII.
CORNELIA VENERIA FILIO ET CONIVCIBEN. MER. FEC.
D T S I B I.

¶ Ibidem.

S E R A P I D I D E O
M. AVRELIVS ANTONINVS PONTIFEX:
MAX. TRIBVNIC. POTE. X. AEDE. CV.

¶ Ibidem

L. FVRIVS. L. L. DIOMEDES CVRATOR DE SA:
CRA VIA CORNELIAE TERTVLLIAE VXORI. B.M.

¶ Ibidem.

• D. • M.

A. SELO ZOSIMIANO EQ. VIT. ROM. PRAET. COHORT. ET. III.
BRA. CAR. AVG. TRIB. LEG. XI CL. SACR V VIAC. ET DECVRIATI
A. SOLVS AFRICANVS ET PAT. PISSIM. B. M. FECIT.

¶ Ibidem.

M. ORATIVS CONSVL EX LECE TEMPLVM IOVIS OPTIMI MAXI
MI DEDICAVIT ANNO POST RECES EXACTOS A CONSVLIBVS
POSTEA AD DICTATORES Q. VIA MAIVS IMPERIVM ERAT SO/
LEMNE CLAVI FINGENDI TRANSLATVM EST.

¶ Ibidem.

CLODIA. M. L. SECUNDA. O Q. VANTA PIETAS FVERAT IN HAC
ADVLESCENTIA/FIDES/AMOR/SENSVS/PVDOR/ET SANCTITAS.NO
LI DOLERE AMICA EVENTVM MEVM. PROPERAVIT. AETAS. HOC
DEDIT FACTVM MIHI.

¶ In Termis Constantini:



DE REGIONE

¶ Apud Bartholomcum Platinam:

A.TERENTIO A.L.FELIX FECIT LIBERTIS LIBERTABVS PO
STERISQ VE EORVM.

¶ Ibidem.

. D . . M .

AEMILIA CALLIOPE EUTIA PRISCA PATRONA LIB.
BENEMERENTI.

¶ In domo Ludouici Belli:

. D . M .

ANTONIA BERIA ET IVLIVS ROMANVS ET CELIDIA AVGVRIA
ET AVRELIA EUTHYMIA FECERUNT ET ISIDORO ET SIBI ET
.L.L.P.Q.E.

¶ Ibidem:

. D . M .

QVADRATO SCRINIANO A LIBELLIS CLAUDIA
TRYPHERA FECIT.

¶ Ibidem.

EGNATIAE SECUNDÆ HERMES CON
IVGI.B.M.F.ET.L.R.ANTHIMAS.

¶ Ibidem

. D . M .

M.APPAEO MAXIMO VIX.VI.MENS.III.D. XX.H.III
VICINIA PRIGENIA MATER FILIS SVIS,

¶ Ibidem:

. D . M .

TI.CLAUDIO CHRYSANTCIO VIX.AN.XI. FECIT.
HELVIA SALVIA CONIVGI SYO ,B.M,F

MONTIVM

LV

Ibide*m.* **D.** **M.** **D.**
C. SPARES. C. IVLIVS PRIMITIVOS VERNE. B. M. F.

Ibide*m.* **D.** **M.** **D.**
L. ARVINIO IVSTO AGRIPPINO FILIO DVLCISS. Q. V. AN. VIII. D. XL.

Ibide*m.*

L. ARVIANI, L. ARVIAN. VALERI FILIVS. F. LENTVLVS FESTVS ET
VARENIA AGRIPINA PARENTES FECERVNT ET MENIAE MIR
SINAE MATRI SIBI SVISQ VE IN FR.
P. V. IN A. P. V.

Ibide*m.*

M. L. STEPHANVS PATRON. AEMILIA. M. L. NICA PLVTIA. M. L.
SECVNDA.

Ibide*m.*

D. **M.**
AELIAE TYCHES. Q. V. A. XXII, M XII. D. I.
CELER. AVG. L. CONIVGI. B. M. F.

Ibide*m.*

A. BVCYLEI EVSTATI OSSA HIC SITA SVNT.

Ibide*m.*

M. IVL. LAVDANDI A MILITIS
Q VI VIX. AN. LXXX. MENS. X.
IVLI AVRELIANVS FILIVS.

Ibide*m.*

Q. ARTORIVS ANTIOCHVS PRI
SCVS PEDISE **Q.** V. A. XX.

Ibide*m.*

TERTIAE PRISCIAE IONIA SALVIA LIB. VENVSTA FECIT
MAMA PRIMVS ACESTI.

CARVT. XIIIID. DE. II. REGIONE

I. M. S. B. A. R. Y. T. R. V. I. V. I. V. I. V. I. V. I. V. I.

In Aede sancte Mariae Inuicelate.



Ibidem.

TYRANNVS ACTES .L. VERNA SCRIBA LIBRARIVS TYRANNI ET
GEMINAE VIXIT ANNIS .XXXIII. DECESSIT INCOMEDIAS
SVPERSTITE CLAUDIO VITALE.

Ibidem.

IVL. CNOMAE Q^{D.} VAE VIXIT ANNIS .XLV. TI. IVLIVS PHIODE^{M.}
SPOTVS .B. M.

Ibidem.

CLAVDIAE TYCHES APTVS LISTOR. CVR. LIB. ET CONIVGI OPTIME

¶ In sancto Marello:

C. VETTIENO CLAVDIANO FILIO PISSIMO CLAVDIA ZOSIMAE MA
TER FECIT.

¶ Ibidem

PRO MERITO VRBANE FL. PASTOR NVTRICI FECIT
IVLIANE IN PACE FECIT.

¶ Ibidem:

D. M.
VALERIAE CLAVIAE LIBERTAE SANCTISSIMAE ET SIBI KARISSI-
MAE. .V. .A. .XIX.

¶ Ibidem:

D. M.
IVLIO MERCATORI ZVBICINI COH. IX. PER. Z.
VARI HERES.

¶ Lucta sancto Marello:

P. AELI AVG. LIB. HELI CONIVGI. B. M. CVM Q. VO VIXIT
ANN. XXXX. SINE VLLA Q. VERELA ET .S. ET .L. , L. P. , E.

¶ Ibidem.

D. M.
BETILIAE NAE NICE
VIXIT ANN. XXVI. MENSIBVS .VIII. DIEBVS. XVIII.

¶ Ante domum Car. sancti Marelli:

CLAVDA FELICITAS CAREIIDONI FRATRIS BLASTI FIE. FIECIT
VIX. MVS. X. D. X V.

¶ Ibidem


O Vtinam vivo potvissem premia morvm
reddere nunc lachrymas accipe pro meritis
nam smeper fateor tacita mente iam probavi
detexit sensus vltima flamma meos
tv colvmen rerum semper tv cvra mearum
nunc eris et lvctvs tv q. voq. ve cavsa mei
ossibus in infvndant q. vae nvnq. vam viva bibisti
dis manibvs
onesimi anicetus carissimi fecit domino.

DE REGIONE

¶ Sub fenestris in turri Car. sancti Marcelli :

D M
L. FENIVS ACHILLEVS FECIT SIBI ET CONIVGI SVAE OCIATAE
VICTORINAE ET FILIABVS SVISSET LIBERTIS LIBERTABVSQ. VE PO
STERISQ. VE EORM.

¶ In Parrochia sancti Marcelli :



¶ Ibidem *

P. DOMITIO SEVERO DOMITIA PIERIS FILIO PIENTISSIMO FECIT.
Q VI VIX. ANNIS. XXIII. M. IIII. DIES. XXIII.

¶ Ibidem

D.

M.

PLAVIAE VRBICAES FILIAE SVAE CARISSIMAE FECIT VICTOR ET
MONICA VRRICA PARENTES
VIX AN. VII. MEN. VI.
LOCVS DECVS. A.P. MANILIO FORTVNATO PATRONO

¶ Ibidem *

TEIAE R.EPTHE SOROR PISSIMA
CVNARIAE R.VTICIAE
CN. PIVS FRATER Q VI ET FELIX VIVOS VIVAE POSVIT.

¶ In Pavimento ecclesie sancti Marcelli

D. AVRELIO CLAUDIO VETERANO. Q. MIL. K. P. R. Q. VI VIX. AN^{M.}
NIS. LXXX. H. V. HIC SEPTIM. VALERIUS EQ. R. ET AVREL.
PRESENTINVS EVOCAT. H. H. EIVS. B. M. F.

¶ Propre ad s. Marię in uialata

D. VALERIAE LVCIDAE AMICAE OPTIMAE IVLIA. P. FILI^{M.} HYGIB. BE
NE DESE MERENTI FECIT.

¶ Ibidem prope.

HERCVLI MAVR. BASSIANVS. EXERCITA. N. EQ. SINC. CVM
. A. R. SABINO EQ. R. FIL. V. L. S.

¶ In Ecclesia sanctorum Apostolorum

DIS MANIBVS.

C. LICINI. C LIB. PRIMIGENI ET LICINAE. C. LIB. HYCIAE.

¶ Ibidem

FABIAE ACONIAE PAVLINAE CE, FILIAE ACONIS CA TULLINI V.
C. EX PRAEF. ET CONSVL ORD. VXORI VETII PRAESTEXTATI
V. C. PRAEF. ET CONSVLIS DESIGNATI SACRATE APVD ELEV
STINAM DEO IACCHEO CERFRI. ET CORAE SACRATAE APVD AEGI
NAM DEABVS TAVROBOLITAS ISIACEAE HIEROPHANTIAE
DEAS HAECATE GRAECO SACRANEEAE DEAE CERERIS.

¶ Ibidem.

JOVI OP. M. ET DIIS ET DEABVS ONNIBVS. P. ROSARIUS ET M.
AVRELII LUCIANI. A. SELIO VERVS AMICVS. V. S. L. M.

¶ Ibidem

I. O⁴ M.
CAELIVS BARO VOTVM SOL. L. M. N. I. O. T. ET DIIS DEABVSQ.
MASELLIA VALERIANA VOTVM. S. L. M.

¶ Ibidem

D. M.
TROPHIMI AVG. LIB. RELIQ VIE PVERI Q VOD PHIRCII PASTO
RIS. VIX. AN. DVODECIES SENIS NAM TERTIVS ASTVLIT ILLVM.

¶ Ibidem prope in hortū Car. Niceni:

D. M. S.
PORTENCII INFANTIS DVL CISSIMI AC PER HOC ALVMNI CARIS
SIMI Q VI PROPTER IMMATVRAM MORTEM ALIVM FRVCTVM
MERITORVM SVORVM REPORTARE NON POTVIT.

DE REGIONE

¶ In horto Car. s. Petri Aduincola Apud. s. Apostolos ¶

IMP. CESARE. T. AELIO HADRIANO ANTONINO AVG. PIO
P.P. III. AELIO AVRELIO CAESARE COS.

ORDO CORPORATOR. Q VI PECVNIA M AD AMPLIAND. TEMP.
PLVM CONTVLER.

PATRONI.
T. PRIFERNIVS SEX FIL.
PAETVS ROSIANVS
GEMINVS
M. STLA. CIVS ALBINVS
TREBELLIVS SALVSTIVS
R. VFVS
M. SEDATIVS. C. FIL.
SEVERIANVS.
T. PRIFERNIVS. T. F. PAETVS
ROSIANVS GEMINVS F.

M. SEDATIVS. M. FIL.
SEVERVS IVLIVS REGINV
C. ALLIVS. C. F.
FVSCIANVS
T. STATILIVS. T. F.
TAVRVS.
TIATERIVS
SATVRNINVS
C. PANTVLEIVS
GRAPTIACVS
C. ALLIVS. C. F.
FVSCVS

Q. VINQ. PERPET.
C. SOSSIUS BENEDICTVS
Q. VINQ. VENN.
A. ECRILIVS AVG VSTAL
Q. VINQ. VENN ALIC.
P. SVLPICIVS HERA.
L. NAEVIVS SECVLAR.
Q. VINTILLIS COS.
Q. VINQ. VENN.
A. ECRILLIVS FAVSTVS
SILVANO ET AVGVSTIN COS.
Q. Q.

T. FISEVIVS NICEPHOR.
L. NAEVIVS PROCVLV
L. ELIANO ET PASTORE COS.
Q. Q.
T. FISEVIVS PRISCIANVS
CLARO ET CETHEGO COS.
Q. Q.
M. MACIVS MARSVS
MAXIMO ET ORITIO COS.
Q. Q.
L. HELVIVS RESTITUTVS

A. ECRILLIVS FAVSTVS TE
STAMENTO RELIQ. VIT HS
III. M. N. SVB EA CONDI
TIONE VII EX VSVRIS. S.S.
.S. V. KAL. DEC. OMNIBVS AN
NIS EP VLENTVR.

P. CINCIVS APELLES
L. NAEVIVS SYRIACVS

T. FISEVIVS FELIX
P. CAETENNIVS EPAPH ROD.
L. MVNATIVS TROPHIM.
A. ECRILIVS SVCESSVS.
A. ECRILIVS ZORA
A. ATINIVS PROCVLV
A. ECRILIVS FAVSTVS
A. ECRILIVS HILAR VS.
M. APVLEIVS COMITIANVS
D. PVBLICIVS MARTIALIS
A. ECRILIVS EVTYCHVS
A. ECRILIVS VRBANVS
L. NAEVIVS PROCVLV

Q.KANINIVS CRISPVS
 L.NAEVIVS FORTVNATVS
 L.BELLENIVS GEMINVS
 P.ENNII TALISV VS
 C.RAMMIIVS IVSTVS
 C.SOSSIIVS HERMES
 P.CINCIVS APELLES.E.
 P.POSTHVMIVS EPAPHROD.
 M.MAGIVS MARSVS
 C.KANINIVS DIVINVS
 L.NAEVIVS ZOSIMIANVS
 A.EGRILIVS MERCVRIVS
 A.EGRILIVS IVSTVS
 T.ARRANIIVS FELICIO
 T.FISEVIVS NICEPHOR.

L.NAEVIVS ASCLEPIADES
 SEX.EVSINVS AVGVSTALIS.

P.ACVLIEIVS EVHEMER.
 A.EGRILIVS MARINVS
 C,NASENNIVS FELIXS
 L.NAEVIVS PRIMITIVOS
 P.SVLPICIVS CHRESIMVS
 A.LVCEIVS NOMINATVS
 A.LVCEIVS LYCOMEDES
 L.NEVIVS FELIXS
 A.EGRILIVS FARINVS
 M.APPVLEIVS VRBICVS
 L.HELVIUS SVLPICIVS RESTI
 TVTVS.

P.VARENIVS ZETHVS
 L.VTTEDIVS STEPHAN.
 C.RAMMIIVS FAUSTVS
 C.NESENNIVS NASENNAI
 L.NEVIVS SEVERVS
 M.MAGIVS IVSTVS
 P.SVLPICIVS FELICISSIM.
 L.NAEVIVS VENVTSTVS
 A.HECRILIVS HILARIO
 P.CINCIVS FLORVS
 C.IVLIVS CORVINVS
 T.IVLIVS EPAGATHVS
 A.EGRILIVS CHRYSEROS
 L.SVLFIUS BENIVOLVS
 L.NEVIVS VRBANVS
 P.MVCIVS ERVCTVOSVS
 L.NAEVIVS APELLES
 P.NONIVS HERMES
 L.SVLFIUS AMFION
 P.OCTAVIVS NYMPHODO/
 TVS
 A.EGRILIVS SECVNDVS

T.FISEVIVS FELIXS
 C.CAELIVS SVCCESSVS
 Q.VIVIVS DIODORVS
 T.FISEVIVS ROMANVS
 L.SVLFIUS AMFION.F.

L.VARIVS Q.VIETVS
 T.FISEVIVS FELIX IVN.
 A.EGRILIVS IA.
 C.SOSSIIVS SOSSIANVS
 A.EGRILIVS AVGVSTAL.F.
 L.NAEVIVS CINCIANVS
 P.AELIVS AVXANON.
 L.AEMILIVS PVPILLVS
 A.EGRILIVS HILARIANVS
 P.SVLPICIVS FELICIO
 T.ARRANIIVS LANVARIVS
 L.NEVIVS SVCCESSVS
 P.VARENIVS NERVA
 A.EGRILIVS CRESCENS
 L.FISEVIVS PRISCIANVS
 A.EGRILIVS DOMITIVS
 L.VITTEDIVS HERMES
 Q.KANINIVS METELLVS
 A.EGRILIVS HERMETIO
 C.SOSSIIVS LANVARIVS
 A.EGRILIVS PRIMITIVOS
 P.CINCIVS PRISCVS
 A.EGRILIVS MARIO
 C.CORNELIVS SECVNDVS
 A.EGRILIVS SVCCESSVS IVN.
 A.ATINVS FELIXS
 P.CINCIVS EVARISTIAN.
 C.SOSSIIVS MARTIALIS

DEREGIONE

A.EGRILIVS SEVERVS
 L.NAEVIVS VALENS
 A.EGRILIVS VITALIS
 M.MAGIVS MARSVS.F.
 T.FISEVIVS CRESCENS
 P.SVLPICIUS ISIO
 A.EGRILIVS MASCELLIO
 T.FISEVIVS PRISCVS
 A.EGRILIVS AMARANTVS
 A.EGRILIVS THALLVS
 A.EGRILIVS MERCVRIVS
 C.SILIVS NICEPHORVS
 L.NAEVIVS PLAVTVS
 Q.VIVIVS EVPREPES
 L.SVLFIUS TYRANNVS
 Q.CANINIUS MEFELLVS.F.
 T.FISEVIVS FORTVNATVS
 C.IVLIVS SVCCESVS
 A.EGRILIVS PISTVSA
 L.NEVIVS FORTVNATVS
 C.IVLIVS VICTOR
 M.MALIVS ONESIMIANVS
 P.CARTIVS SEVERVS
 M.MANLIVS ROMANVS
 L.NEVIVS FELIX
 A.EGRILIVS CRESTVS
 C.CORNELIVS NICEPHOR
 M.MAGIVS ANICETVS
 M.MALIVS PRISCIANVS
 A.EGRILIVS HILARIANVS
 L.HELVIUS CASTREYSIS
 A.EGRILIVS FELIX
 P.MVTIVS FRVCTVOSVS
 A.EGRISIVS FAVSTVS
 L.NAEVIVS EVTYCHES

T.FISEVIVS CRESCENTIN.
 P.CARTIVS ADAVCTVS
 L.NAEVIVS IVLIANVS
 M.APPVLEIVS FELIXS
 L.NEVIVS SEVERIANVS
 A.EGRILIVS EVTYCHVS
 P.CINCIVS AMPLIATVS

A.EGRILIVS EVGRAMVS
 T.FISEVIVS LVCRIO
 P.CARTIVS FILONIVS
 C.CORNELIVS EVTYCHVS
 T.I.VETVRIVS CHRESTINV
 C.CAELIVS PAPIRIVS
 A.EGRILIVS HELIVS
 A.EGRILIVS IANVARIVS
 T.CAECILIVS HERMES
 A.EGRILIVS VICTOR
 C.FISEVIVS ATTICIANVS
 M.MALIVS HERMES
 L.NEVIVS NARCISSVS
 L.NEVIVS FORTVNATVS
 L.VELLENIVS GEMINIANVS
 L.NAEVIVS BENEDICTVS
 L.SVLPIVS AMPION.
 C.DOMITIVS VALENS
 L.NAEVIVS ADIVTOR
 C.CALPVRNIVS BORTVNAT.
 L.NEVIVS MERCVRIVS
 L.HELVIUS VOLVSIANVS
 P.SERTINIUS PERPETVS
 C.PVLLIVS SATVRNINVS
 M.MANNIVS MARCION
 A.AEMILIUS FORTVNATVS
 P.OCTAVIVS PECVLIARIS
 A.EGRILIVS HERMETIO IVN.
 C.CORNELIVS EVTYCHIA-
 NVS.
 L.CORNELIVS SERAPIACVS
 P.CINCIVS SATVRNINVS
 A.EGRILIVS HILARVS
 L.CORNELIVS ARRIVS
 C.PINARIUS OLYMPVS
 P.SEXTILIVS AGRIPPA
 A.EGRILIVS RVFVS
 L.VOLVSIUS PRISCVS TEREN-
 TIAN.
 C.RAMMIUS IVSTVS
 M.MANNIVS LVCIS

CIbidem.

DAECIVS . D . LHEROS FECIT SIBI ET SVIS . O . D . OCTIO . D . F
PATRONO ROSCIAE . O . L . SERATICINI CONCVBINAЕ SVAE
ROSCIAE . O . L . PVPAE CONIVGI , SVAE DOMESTICO . L . PV
PAE . F . HOC MONVMENTVM ROSCITIAE THAIDIS EST .

CIn palatio . s . Apostolorum

TI . FLAVIO . T . LIB . MILCRIONI DECVR .
COLL . FABER EX LVSTRO . XV . NVNGENTO
AD SVB FRAG . LVSTRO . XVI . MAG . Q VIn
Q VE COLL . FABR . TIGNARIOR LVSTRO
. XVII . HONORE EX LVSTRO . XIX . CEN/
SOR BIS AD MAG . CREANDO LVST . XIX . ET
. XY . VIDEX INTER ELECT . XII . AB ORDI/
NE LVST . XXII . CLAUDIA TI . F . PRISCA
VIRO OPTIMO ET
FLAVIA . T . F . PRISCILLA
PATER OPTIMO

Cl Ante eccl . s . Apostolorum .

O S S A

C. CAESARIS AVGVSTI : F. PRINCIPIS IVVENTVTIS.

CIn domo quondam : R : Card . de Columna :

A . VOLVMI CERDONIS PARENTIS OPTIMI . **M.** . DECIMIA PRIMI
TIVA UXOR CVM FILIS . **B** . DE SE MERITO .

L

DE REGIONE

¶ Ibidem.

D. . M.
RVRBRIA NICENI A. LIVIVS GEMELLVS L. CAR VILIVS SVAVIS
RVRBRIA VENERIA VERNAE SVAE BENEMERENTI FECER VNT.
VIXIT AN. XXV. MENSES, VI.
HAEQ SVPRA SOROREM SVAM VIXIT MFNSSES VI,

¶ Ibidem.

D. . M. .

LAPPIA ALEXANDRIA. FEC. LAPPIO LVCILIO ET MEVIAE
ALEXANDRIAE PARENTIBVS. B. M. ET SIBI SVIS
LIB. LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM ET
LAPPIVS LVCILIVS LAPPIO LVCILIO ET LAPPIAE LENINLE
PARENTIBVS. B. M. ET
SIBI LIB. LIBERTABVSQ VAE POSTERISQ VAE EORVM;

¶ Ibidem.

D. . M. .

SANCTINIA L VPVLA SOLVTORIO MARCELLO CON
IVCI ET SOLVTORIAE MARCELLE
FILIAE DVLCISSIMIS.

¶ Ibidem.

FLAVIE DIONYSIADIS

HIC IACET EXVVIIS DIONYSIA FLEBLILIS ANNIS
EXTREMVM TENVI Q VAE PEDE RVPIT ITER.
CVIVS IN OCTAVA LASCIVIA SVRGERE MESSE
COOPERAT ET DVLCES FINGERE NEQ VITIAS.
Q VOD SI LONGA TVAE MANSISSENT TEMPORA VITAE
DOCTOR IN TERRIS NVLLA PVELLA FORET.


VIXIT AN: VIII. XI. D. XV.
FECIT ANNIA ISIAS VERNAE SVAE. M.

¶ Ibidem

DIS MANIB.

ANNIVS SOCRATES GAMICENIS SVAE FECIT HVIC MONVMENTO
VSTRINVM APPLIARI NON LICET
L. VERATIO RESTITVTO PATER FILIO PIO FECIT.

¶ Ibidem:



ADOLESCENS TAMET SI PROPERAS
HOC TE SAXVM ROCAT: VT SE ASPICIAS
DEINDE Q. VOD. SCRIPT. VEST. LEGAS:
HIC SVNT POSTAE PACVII
MARGI SITA OSSA:
HOC VOLEBAM NESCIVS NE ESSE,
V A L E.

.D.

.M.

L H

DE REIGONE

Ibidem.

C. PLINII. ABASCANTI .C. PLINIVS PHOSPHORVS;

In sancto Andrea prope s. Apost.

O S S A

TI: CAESARIS DIVI AVG. F. AVGVSTI
PONTIFICIS MAXIMI.

TRIB : POT . XXXIX.
IMP . VIII . COS . V .

In domo Ep̄i Sipontini apud s. Apost.

L. CORNELIO FIRMIANO. Q. R. AVILA VETERANO COH. III. PR.
MISSO HONESTA MISSIONI. Q. V. A. XXXXV. H. EX TEXTIS
MENT. IPSIUS POSVERVNT.

Ibidem.

MERCVRIO CAELESTI FATALI.
Q. MVNATIVS TROCHORVS EX VOTO SOLVIT VOTVM MVNA
TIORVM.

Ibidem.

DIS MANIBVS SACR.

CORNELIAE .Q. L. PSYCHES. SER. MARITIVS MARTIALIS ET
SPATALVS .Q. CORNELI FLACCI. DISP. CONIVCI FIDELISSIMAE
FECERVNT.

Ibidem.

LIVIAE DORCADI CONTUBERNALI CARISSIMAE DIADVMENVS.

Ibidem.

TEMPLVM ISIS EXORATAE.

Non longe a s. Apost:

GENIO SIMILIS FAMILIA:

CIn sancto Hypolito:

D.

M.

L. AELIO IVNIO TAOPTIMIANO VIXIT ANNIS. XXXVIII. POS-
SVIT IVNIA LAETINA BENE MERENTI.

CIn domo D: Laurentii de Lallis:

Q: CAECILIVS : Q. L: PAPIA:

SIBI ET LIBERTIS ET LIBERTABVS Q VI SVNT COMMVNES CVM
CAECULIA. Q. L. DIONISIA ET POSTERIS LIBERTORVM ET LI-
BERTARVM EORVM.

CAECILIA: Q. L. DIONISIA:

SIBI ET LIBERTIS ET LIBERTABVS Q VI SVNT COMMVNES CVM
Q. CASCILIO. Q. L. PAPIA ET POSTERIS LIBERTORVNET LI-
BERTARVM EORVM.

CIbidem.

D. M.

C. NICIDO. C. F. FAR. MARCELLINO
BRIX. MIL. COH. PR. > LEPIDI
MIL. ANN. V. VIXIT ANN. XXII.
S. RESTIANVS IUSTVS.
B. M. P.

CIbidem:

C. FABIUS. C. F. SER. CRISPUS. CARTAG. SPECVL.
COH. VI. PR. > FLAGERI. MIL. ANN. XIII.
VIX. AN. XXXII. HERES EX
VOLVNT. P.

L iii

DE REGIONE

¶ Ibidem intra studium:

F. L. AVG. LIB. HELPIDI CAENIDIANAE Q. VAE CVM
VIXIT DEA ET SANCTISSIMA DICTA EST
CALLISTVS AVG LIB. HYGINIANVS CONIVCI CARIS/
SIMAE CVM Q. VAE VIXIT BENE ANNIS .L. ET
VLPIA CALLISTAE FILIA MATRI
PIENTISSIMAE
LIBERTIS LIBERTABVS POSTERISQ. VB
E O R V M . H. . M. . H. . N. . S.

¶ Ibidem.

D.

M.

CORNELIUS VICTOR. ET CORNELIUS ROGATVS FECERUNT SIBI
ET SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM IN F. P.,
XII. IN AVG. P. XII.

¶ Ibidem

D.

M.

POSTVMIVS VICTORINVS ET POSTVMIA MAXIMINA. ET. AVR.
CLAVDIANVS FEC. SIBI ET SVIS LIB. LIB. POST. EORVM.

¶ Ibidem.

D.

M.

S.

VLPIAE FILVMENAE CONIVCI BENEMERENTI. P. AELIUS RESPE
CTVS. > COA. VII. PR.

¶ Ibidem.

ANTIGONO DRVSI CAESARIS AVIVM.
FARTOR. PRIM. FECIT CONIVGI

C Ibidem

D. M.
APULEIAE FELICIAS FEC. T. FLAVIUS TROPHIMAS CONIVCI.
B. M. ET APULEIAE FORTVNAE MATRI EIVS ET SIBI ET
SVIS.

C Ibidem

D. M. S.

C; VETTIENO FAVSTO BENEMERENTI;

Q. HORTENSIVS SECUNDINVS HERES;

C Ibidem.

D. M.

Q. GAVIUS SEVERVS RVTILIAE PRIMITIVAE CON
IVCI SVE DVLCISSIME CVM QVA VIXI ANNIS
.XX, SINE BILE.

C Ibidem.

D. M.

FLAVIAE VRBICAE FILIAE SVAE CARISSIMAE FECIT
T. FLAVIUS VICTOR ET MANICA VRRICA PARENTES
VIX. ANN. VII. MENS. VI.
LOCVS DATVS A. P. MANILIO FORTVNATO PATRONO.

C Ibidem.

D. M.
TEIAE THREPTHE SOROR. PISSI MAE CVNARIAE
RVINIAE. V.V. CTYPIVS FRATER QVI ET EELIX
VIVOS VIVAE POSVIT.

C Ibidem

D. M.

POMPEIAE APHRODISAE CONIVGI CA
STISSIMAE BENEMERENT .F.
C. SICINIVS ZOSIM.

C Ibidem.

DIS MANIBVS.
FABIAE AGATHAE. L. FABIUS.

DE REGIONE

Ibidem.

ATIMINIO ALEXANDRI MAIORIS LIBERT. HERMIAE ISIO LIBER
TVS ET ALEXANDRO. F. SVO ET SIBI POSTERISQ VE SVIS.

In via q̄ ducit ad montem Caballum;

DECVMASIA . P. L. BRISEI SIBI ET
. P. DECVMASIO . P. L. PAL
SYMPHORO PATRONO ET CONIVGI CARISSIMO
POSTERISQ VE SVIS VIVA FECIT.

Ibidem

D.

M.

P. LICINI ET FL AMYNTAE CINERI
BVS H LOCVS SACER VIX. VNANI;

In domo D. Tamyræ

TI. CLAVDIO. VTILI CLAVDIA ATA
LANTE CONIVGI BENEMERENTI.

Ibidem.
O S S A

TI. CLODII TI. F. PAL. ATTICI. V. A. V.

In domo M. An. Lapicidae

VLPIA PAVLINA MATER INFELICISSIMA CONTRA
VOTVM PIETATIS POSVIT.

In domo D. Rigit secrete Apfici:

Q. CAECILIO FERO CI KALATORI SACERDOTII TITIALIVM. FLA
VIALIVM STUDIO SO ELOQVENTIAE. VIX. A. XV. M. I. D. XXIII
FILIO OPTIMO: AC REVERENTISSIMO. M. GAVIVS CHARIMVS.

Ex uno latere.

SOMNO ORESTILLA FILIA.

Ex aliis latere.

FATIS CAECILIVS FEROX FILIYS.

TRIVI

LXIII

¶ In domo .D. Grifoneti Nunc in domo Marcelli de Monte;

DIS MANIBVS.

M. DECIO VITALI VIXIT AN. L. MAIA HARPASTE CONIVCI SVO
CARISSIMO POSVIT .D.S.

¶ Ibidem.

L. POSTVMIVS. L. ET .D. L. RVFIO FECIT SIBI ET
POSTVMIAE. L. ET .D. L. APHELEAS CONLIBERTAE
SVAE ET PORCIAE .M. L. VERACI SORORI SVAE
Q. TALONIVS. Q. L. SIMO.

¶ Ibidem

PERPENIA : M. L. LYCHNIS EROS RAIENI .T. L.
. O , CLEMENS PERPENIA MVNDA.

¶ Ibidem.

SEX. AVONIO SATVRNINO .F. PISSIMO AVONIA
CALITICHE MATER FECIT VIX. AN.XV.

¶ Ibidem.

SALLVSTIA . Q. L. CLAPHVRA . Q. SALLVSTIVS . Q. L. MA
RIO . A. MINIVS . A. L. EVDORVS FECIT.

¶ Ibidem:

SILVANO SANCTO SACRVMO.

P-HILEMON . P. SCANTI ELEVTHERI . D. D.

¶ Ibidem.

TI. CLAUDIO AVGVSTI LIPERTO CORINTHO A VESTE RECIA;
HERMES LIBERTVS PATRONO SVO
BENEMERENTI FECIT.

DE REGIONE

(Ibidem.

FONTEIA PELAGIA FECIT . M : ANTONIO
FONTEIANO FILIO.

(Ibidem.

C. MARCIUS. C. L. SERG. SALVIANUS NORBA GENIO CENTVRIAH
COH. X. PR. > MARI BASSI IN Q. VA MILITAVIT . A. XIIIX. VO-
TO SVSCEPTO MISSVS HONESTA MISSIONE PR. NON. JANVAS
RIAS. Q. FABIO CATULLINO. M. FLAVIO APRO COS. ANT. MO-
LIBEIUS ARAM SVA PECVNIA POSVIT.

(Ibidem.

MIHEI ET LEIBERT. LEIBER TEQ VE MIEISQ. VAC-
CI. Q. L. PHILERIO VACCIA. L. PRIMA.

(Ibidem.

CN. TUDICIVS IO: L. PHILOSTERGVY,

(Ibidem.

C: POPPÆVS POPPÆA:
CLAMYSSVS FAVSTA,,

(Ibidem.

TACTIO LENI EPHAPRAE NOVELLIAE AMPL.

TI. CLAUDIO NYMPHEDOTO NAI CI LIB. PROGRATORI BENE-
MERENTI NEMEA LIB. FECIT DE SYO ET SIBI.

(Ibidem.

D .

M .

A. FABIUS. A. LIB. MARCELLUS FECIT SIBI ET AVFIDIAE OLYM-
PIADI VXORI SVAE ET FABIAE AVFIDIAE TISTE LIB. LIB.
POSTERISQ VE EORVM LOCO SIBI CONCESSO AB SALLVSTIA
FRONTINA. C. L. F. IN FRONTE. P. XII. IN ACRO. P. XII

TRIVII

LXIII

¶ Ibidem.

D. M.
SARIOLENÆ DICAEOSYNE . V A . XVIII . FECIT .
M . STATILIVS MENANDER . B . M .

¶ Ibidem.

D. M.
VICTORIAE CHRYSSEIDI VXORI OPTIMAE VICTORIAE DIDYME
ET GERMANIAE R VFINAЕ FILIS DVLCISSIMIS . Q . GERMA-
NIVS OPTATVS FECIT .

¶ Ibidem.

D . COLIVS , D . L . DOSCYALI .
D . COLIVS . D . L . THEO .
COLIA . D . L . NICE .
D . COLIVS . D . L . HIPPOCRAT . PATRONO SIBI ET SVIS .
D . COLIVS . D . L . CAMPANVS
IN . A . P . IIII . IN . L . P . X .

¶ Ibidem

D . M .

C . ANTONIVS . C . F . Q . VI PRISCVS OSCA . MIL . COH . VII . PR . >
CRITONI VERI MIL . AN . XV . NIX . AN . XXIII .
C . IULIVS PROCVLVS COMMANNIPVLARIS E . H . B . M . F . C .

¶ Ibidem:

D . M . S .

FL . PROBINCIA FECIT SIBI . T . COELIVS SENTINIANVS FOR .
COR . > . COH . II . VIC . PETIT A PONTIFICES VI SIBI P RMIT .
TERENT REFICERE N . MONVMNTVM IVRIS SVI LIB . LIBER /
TABVSQ VE SIBI ET SVIS POSTERIS RVE EORVM .

¶ Ibidem:

DIS MANIBVS .

MVSÆ BENEMERENT . AMEMPIVS EVHODVS GERA-
MANVS CONTVBERNALI KARISSIMAE FECER .

¶ Ibidem.

CATIAE . L . L . L . RVSTICAE .

DEREGIONE

(Ibidem.

D.

M.

A. FABIUS HERMES FABIAE HOREAE CONL. SVAB
B. M. F. ET SIBI LIBERTIS LIBER. POSTERISQ.
EORVM.

(Ibidem.

SALLVSTIA. Q. L. IMERITA OPSTETRIX.
Q. SALLVSTIVS. Q. L. ARTIMIDORVS
ARESCVSA. F.

(Ibidem)

D.

M.

VOCCONIUS AGATEMER. ET VOCCONIA CHRESTE VOCCONIAE
CHRESCHENI FILIAE DVLCISSIMAE. QVAE VIX. AN. II.
MENSIB. XI. DIEB. V.

(Ibidem)

HERCVLI INVICTO

PRO SALVTE. D. D. N. N. IMP. CAES.

MAVR. P. ANTONINI. P. FAVGII. M. AVR. ALEXANDRI
NOBILISSIM. CAES. TOTIVSQ VE DOMVS DIVINAE EORVM
COH. X. P. V. ANT. ET MARCIANI MASCVLINIVS VALENS
B. F. PR. PR. FENIMV. ET. AVR. FABIANVS SIGNIFER FT
VAL. FIRMINVS OPTIO ET QVOD PROFICISCENTES EXPEDI/
TIONIBVS SACRIS ET NOVERANT REGRESSI CVM COMMAND/
PVLIS LIBENTES. VOTVM SOLVERVNT.

(Ibidem.

D.

M.

AEMILIAE PIETAS VIVA COMPARAVIT SIBI ET PAMPHILO ET LI
BERTIS SVIS ET LIBERTIS LIBERTABVSQ VE POSTERISQ VE SVIS
IN FIN. P. XL IN AG. C. P. XI.

CIn domo Francisci de sclauo.

C, FVNDANIO FIRMINO , Q . V . A . X IIII . M . II
D . VI . C, FVNDANIVS HERMES ET CVSPIA FIR
MA PARENTES FECERVNT FILIO KARISSIMO ET
POSTERIS SVORVM .

CIbidem

C. LVTIUS . L. F. AVLIAM . P. LAU
SARNIUS . C. F. VARIUS . L. VEN
TILIUS . L. F. BASSVS . C. OCTA
VIVS GRECNIN . IIII VIR . PORTU
CVS . P. CCXL . ET EXEDRAM ET
PRONAMVM ET PORTICVM PO
NE SCENAM LONGE . P. CXL .
. S. C. L.

CIbidem

D .

M .

C. ALLIUS ANENDETVS FECIT PATRONAE . B. MI
ET , S. ET . L. L. P. Q. EOS.
ITEM ALLIA TATIAS ADSIGNABIT SE VIBA DOME
TIAE TYCHENE . L. L. . P. Q. EIVS.

M

DE REIGONE

¶ Ibidem:

D:

M:

ABASCANTIO AVG. L. ET HERMETI
CARISSIMIS FEC. AVCTVS AVG. CV
BICVL:

¶ Ibidem:

DIS

MANIBVS.

SEXTI PERPENNÆ FIRMI
VIXI Q VEM ADMODVM VOLVI
Q VARE MORTVVVS SVM NESCIO.

¶ In sancto Nicolao de Forbitoribus:

D. M. S.
AVR. DASSIO VET. AVG. N. AVRELIA AMAZONIA
CONIVX KARISSIMA ET AVR. DIVRDANVS HERES
B. M. FECERVNT.

¶ Ibidem:

DIS MANIBVS

ET TERRAE MATRI TRIVM CORNELIORVM GEOR
GES GNESI CLEMENTIS ET PHILIPPI PATRI CON
SVMMATORI CORNELIA CHRYSIS CONIVCI ET
COLIBERTO ET FILIS SVIS FECIT.

¶ Ibidem:

D. M.
T. FLAVIO SATVRNINO Q VI VIXIT ANNIS
. XVIII. MENSIBVS V. DIEB. VICINTI
FECIT TI. FLAVIVS PROBVVS EVOCATVS AVGYSTO
RVM. N N. FRATRI PIENTISSIMO ET MATER
AEIVS FLAVIA VRSA FILIO CARISSIMO BENEME
RENTI FECIT.

Punctissimum

In Viridario.R:Andreae Ep: Vallensis: apud Aqueductum Virginis.



(Ibidem)

CORNELIAE AMENTINI MATER INFEL.
DICT. REI GERVNDE CAVSA MAC:
SINE Q VOS FVERVNT
Q. FABIVS. M. F. N. N. MAXIM. RULLIAN. III
L. VOLVMNIVSC, F. C. N. FLAMMA VIOLENS.

(Ibidem)

.D.

.M.

M: ANTONIO SYMPHORO :C. HVDIVS CHARI
TE FRATRI: B:M. TE CLODIA ACTE FEC.

(Ibidem)

. D .

. M .

. S .

POMPEIO KM : EVARISTI ET GEOR
GIAE GLYPTVS FECIT.

(Ibidem)

OLYMPVS DRVSI CAESARIS
LECTICARIVS.

(Ibidem)

DIOCRES TI, CAESARIS MINI^R. GERMANICIANVS
NATIONE GALLORVAE, VIXIT AN. XXXIII

(Ibidem)

PRIMVS : C: CAESARIS GERMANICI: F:
CVBICVLARIVS : V. A: XXX.

(Ibidem)

C: PEDANIVS : C. C. L. EVCHARISTO: V. A: LX:

CIn Aquaductu Virginis:

DIS MANIBVS.

PAVLINAE VALERIAE DVLCISSIMAE PARENTES
MOESTISSIMI.
DECIPIMVR VOTIS ET TEMPORE FALLIMVR ET
MORSDERIDET CYRAS ANXIA VITA NIHIL.

CIbidem

.D.

.M.

M

FVRIA SPES .L. SEMPRONIO TIB. O CONIVGI CARISSIMO MIHI
ET COGNOMI PVER PVELLA OBLIGATI AMORI CVM Q VO PARI
TER VIXI TEMPORE MINIMO ET Q VO TEMPORE VIVERE DE
BVIMVS AMANV. MALA DIE SEPARATI SVMVS. ITA PETO VOS MA
NES SANCTISSIMI COMMENDATVM HABEATIS MEVM CONIV
GEM ET VELITIS HVIC INDVLGENTISS. ESSE HORIS NOCTVR
NIS: VT EVM VIDEAM ET ETIAM ME FATO SVADERE VELIT VT
ETEGO POSSIM DVLCIVS ET CELERIVS APVDEVM PERVENIRE
ANIMAE .S. COLENDÆ.

CIbidem prope:

VALERIVS CRAPTCENI CONIVGI BENEMERENTIF.
M. VALERIVS DONATVS ET
VALERIA DONATA FILIA PISS. L. LIBERTABVSQ.
POST. EORVM.

CIn sancto Nicolao de Arcionibus supra Gensulā Triuī:



M iii

DE REGIONE

¶ In palatio cardinalis Genuensis iuxta viam Salariam

M. AVRELIVS MUCIANVS : V. A. XXXV : NAT :
TRAX. MILIT. ANN. XV. IN COH. II. PRAETOR
III. VENATORIS DVPLARIUS IVLIANVS
HERES FECIT BENEMERENTI.

¶ Ibidem.

L.C. . L.F. PAL. SAB. PRAEFEC:
FABRI. TRIB. COH. III. AVG. CLAUDIA TI. FI.
IVNILLA MARITO OPTIMO.

¶ Ibidem:

DIS

MANIBVS.

L. CLAVDIVS NICON. ET CLAVDIS AVGVRIVS LI-
BERTVS ET ALVMNVS DVLCISSIMVS FECERVNT
TERRAM ET MACERIAM STRVXER.VNT. Q. VAE EST
ANTE FRONTEM MONUMENTI SVI ET INTERRA
PEDATVRAE SVAE PRIORI CONIVNXER.VNT FECE-
RVNT ET SIBI ET SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQ.
POSTERISQ. VE EORVM
Q. VAE FACIT CERRE PEDATVRAE ALATVS MEMO-
RIAЕ SVAE, IN AGRO PEDES LONGVM. XXVI. LA-
TVM PEDES ALATVS MEMORIAE. XVI.

¶ Ibidem.

D. M.
AEMILIO PAVLO PAPINIANO PRAEFEC. PRAETOR IURIS CONSVE-
TO Q. VI VIXIT ANN. XXXVI. DIEBVS. X. M. III. PAPIPINIA-
NVS HOSTILIUS EVGENIA GRACILIS TVRBATO ORDINE IN-
SENIO HEV PARENTES FECERVNT FILIO OPTIMO.

¶ Ibidem

. S . P . Q . R .

CLIVVM MARTIS PER PVBLICA IN PLA-
NITIEM REDEGERVNT.

CIn palatio prope Trivium in via Salaria;

D. .M.

L. ANTISTI THREPTI FECERUNT ANTI
STIA THREPTA PATRI PIENTISSIMO ET
L. ANTISTIVS ARTEMISIVS PATRONO
OPTIMO. ET COCELA FIRMINA CONIV
GI CARISSIMO ET L. L. POSTERISQ VE
Q VI HOC MONUMENTVM FECERUNT.

CIbidem

D. .M. .S.

PAEZONTI CAESARIS . A. COPLS . MILITARIS
VIX . ANN . XXXV .
FEC . FLAVIA LAURE CONIVCI SVO . B. M.

CIbidem

M. VARINIVS. M.F. PHILIPPICVS. OR. DEC. Q. ANN . T. PETRO
NIAE RYFINAE ET VARINAЕ PHILIPPICAE FILIAE SVAE. SIQ VIS
IN EA ARCA ALIVM POSVERIT. Q. Q. S. S. DABIT COLONIAE
NOSTRAE PENAI NOMINAE.

CIbidem.

BASSVS NERONIS CAESARIS COR
PORE CVSTOS NATIONE FRISIVS
VIXIT AN. XL.

CIbidem.

ANTIGONVS GERMANIC. CAESAR. ARGENTARIUS
VIXIT AN. XLII. AMIANTVS GERMANIC. CAESAR
CAELATOR FECIT.

DE REGIONE

CAPVT : XV. DE .III. REGIONE COLVMNAE

CIn sancto Andrea in capite domorum

.D. .M.

IEIAE EVPHROSYNES RVFINAE : VV :
DELICATAE :

CIbidem in foribus.

.D. .M.

M . I V N I O A L Y P O
P A T R O N O O P T V M O E P A G A T V S L I B .

CIn sancto Silvestro :

DATIANO ET CEREALE CON. NONIUS VICTOR OLYMPIVS . V.C.
P.P. PER. AVR. VICTOR AVVENTIVS . V.C. TRADIDERVNT PA-
TRICA. XIII. KAL. MAI FELIC. D.D.N.N. VALENTE ET VALEN-
TINIANO IVNIORE PRIMVM AVGG. VI. IDVS APRIL. TRADIDIT
HIEROCORACICA AVR. VICTOR AVVENTIVS . V.C. P. P. FILIO
SVO EMILIANO CORPHONI OLYMPIO. C.F. ANNO TRICENTESI
MO CONSECRATIONIS SVAE FELICITER CGNS. S.S. OSTENDE-
RVNT CRIFIOS. VIII. K. MAII FELIC.

CIbidem

.D. .M.

T . FLAVIA AVG . LIB : SATVRNINO TABVLARIO A VEHICVLIS
FLAVIA PYTHIAS CONIVGI SVO CARISSIMO ERCA DE SE BENE
MERENTI FECIT ET SIBI LIBERTIS LIB Q . EORVM.

CIbidem

.D. .M.

ONESIMO Q VI VIXIT ANN. XI. M. X. D. XXII. H IX. ET MAXI
MILLE SORORI EIVS Q VAE. V. A. LX. M. X. H. III. Q . VALERIVS
EVTICHES ET VALERIA DAPHNIS . F. PIJS. FECERVNT ET SIBI FO-
STERISQ , SVIS IN. F. P. XXIIIS. IN. A. P. XIIIS.

COLVMNAE LIX

¶ Ibidem.

D.

M.

IVLIAE FELICVLAE CONIVCI . B . M . EIVSDEM FI
LIO NEPTVNALI PATER FECIT EVARISTVS PV
BLIC . IVLIANVS SIBI ET . P , Q . EORVM .

HOSPES AD HVNC TVMVLUM NE MEIAS OSSA PRECANTVR
TECTA HOMINIS : SET SI GRATVS HOMO ES MIRABILE DAMI

¶ Ibidem.

M . AVRELIVS AVG . LIB . SALVIUS ET POSTVMIA MARINA
VXOR SIBI VIVI FECERVNT .

¶ Ibidem:

PIETATIS IMPERATORIS CAESARIS DIVI NERVAE TRAIANI
AVG . GERM . IMP . M . TR . P . III . COS . II .
P . P . EX . S . C .

Ibidem:

AVILLIA HILARA OLLA DONATA AB
L . PORTIO LYSIMACHO :

¶ Ibidem.

D.

M.

HILARVS NERONIS CAESARIS CORPORE CV/
STOS NATIONE FARISAEO
VIXIT ANNIS XXXIIII .

¶ Ibidem

AVCARO HOMINI OPTVMO FILIO INCOMPARABILI MATER POM
PEIA HELIODORA FECIT ET SIBI .

¶ Ibidem:

VICTORIAE FILIAE DVLCISSIMAE . B . M . Q . V . ANNVM ET D . IIII .
HORAS NOCTES . II . FELICISSIMVS ET FELICISSIMA PARENTES .

DE REIGONE

¶ Ibidem.

:D.

:M.

F. VERTIO EVNO ACHILLAS ET VICTOR PATRONO
BENEMERENTI FECERVNT.

¶ In sancto Ioanne prope s. Siluestrum,

CONSTANTIO NONO ET IULIANO. IL
CON. NONIUS VICTOR. OLYMPIVS
.V.C.P.P. ET AVR. VICTOR AVGEN
TIUS VOP. TRADIDERVNT LEONTI
CA. IIII. IDVS AVG. FELIC. ALIA
TRADIDERVNT CONS. SVRAS. XVII.
KAL. OCT. FELIC.

Ibidem :

DIVO AVG: SACRVM.

C. PONTIVS . C:D:L. CRESTVS PERE
LIAE. A. D. L. NYPHE PRO FILIIS SVIS
A. PERELVM NYMP. .V.S.L:M.

¶ In sancta Maria in via Pontificum;

:D.

:M.

SALVIDIANAE ROMANAЕ SALVIDIA
NA IVSTA MATRI PIENTISSIMAE
ET. B. M.

COLVMNAE

LXX

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS.

POMPVSIDIAE C : L . EUTICHIAE CN . ROSSIVS
 AVGVSTALIS CONIVGI OPTIMAE ET PISSIMAE.

¶ Ibidem.

.D. .M. .S.

MENANORO AVG . LIB . ADIVT . TAB VL . RAT . VES-
 ST . FILIO DVLCISSIMO MENANDER PATER ET
 CONLIBERTVS EIVS PROR . COMM . B . M . FECIT
 SALVTI SEN . LIBERT . LIBERTAB . Q . SVIS .

¶ Ibidem

DIS MANIB.

